



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 De numero præceptorum decalogi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



Latria enim est alia uirtus a fide, sed praecepta dantur de actib. uirtutum. & hoc quod dicitur in principio decalogi, Non habebis Deos alienos coram me, pertinet ad fidem. quod autem subditur, Non facies sculptile &c. pertinet ad latriam. ergo sunt duo praecepta, & non unum, sicut Aug. dicit.

¶ 2 Præcepta affirmatiua in lege distinguuntur a negatiuis, sicut, Honora patrem & matrem: &c. Non occides: sed hoc quod dicitur, Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmatiuum: quod autem subditur, Non habebis Deos alie-

nos coram me, est negatiuum, ergo sunt duo praecepta, & non continentur sub uno, ut Aug. finis ponit.

¶ 3 Præterea. Apostolus ad Ro. 7. dicit. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. & sic uidetur quod hoc praeceptum, Non concupisces, sit unum praeceptum. non ergo debuit distinguui in duo.

SEDCONTRA est auctoritas Aug. ubi ponit tria praecepta pertinentia ad Deum, & septem ad proximum.

RESPON. dicendum, quod praecepta decalogi diuersimode a diuersis distinguuntur. Esitius enim Leuit. 26. super illud, Decem mulieres in uno clibano coquunt panes, dicit, praeceptum de obseruatione sabbathi non esse de decem praeceptis, quia non est obseruandum secundum litteram secundum omnem tempus. Distinguit tamen quatuor praecepta pertinentia ad Deum ut primum sit. Ego sum Dominus Deus tuus. secundum sit. Non habebis Deos alienos coram me. & sic etiam distinguit haec duo Hiero. Olee. 10. super illud, Propter duas iniquitates tuas. Tertium uero praeceptum esse dicit, Non facies tibi sculptile. Quartum uero, Non assumes nomen Dei tui in uanum. Pertinentia uero ad proximum dicit esse sex, ut primum sit, Honora patrem & matrem tuam. Secundum, Non occides. Tertium, Non moechaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces.

Sed primò hoc uidetur inconueniens, quod praeceptum de obseruatione sabbathi praeceptis decalogi interponatur, si nullo modo ad decalogum pertinet. Secundò, quia cum scriptum sit Matt. 7. Nemo potest duobus dominis seruire, eiusdem rationis esse uidetur, & sub eodem praecepto cadere, Ego sum Dominus Deus tuus; & Non habebis Deos alienos. Vñ Origenes distinguens etiam quatuor praecepta ordinantia ad Deum, ponit ista duo pro uno praecepto. Secundum uero ponit, Non facies sculptile. Tertium uero, Non assumes nomen Dei tui in uanum. Quartum, Memento ut diem sabbathi sanctifices. Alia uero sex ponit sicut Esitius. Sed quia facere sculptile, uel similitudinem non est prohibitum, nisi secundum hoc ut non colantur pro diis, nam in tabernaculo Deus praecepit fieri imaginem Seraphim, ut dicit Exod. 25. conuenientius Aug. ponit sub uno praecepto. Non habebis Deos alienos. & Non facies sculptile. Similiter et concupiscentia uxoris alienae ad com-

misionem, pertinet ad concupiscentiam carnis. Concupiscentia autem aliarum rerum, quae desideratur ad possidendum, pertinet ad concupiscentiam oculorum. Unde etiam Aug. ponit duo praecepta de non concupiscendo rem alienam, & uxorem alienam, & sic ponit tria praecepta in ordine ad Deum, & septem in ordine ad proximum. & hoc melius est:

AD PRIMUM ergo dicendum, quod latria non est nisi quaedam protestatio fidei: unde non sunt alia praecepta danda de latria, & alia de fide. potius tamen sunt aliqua praecepta danda de latria quam de fide, quia praeceptum fidei praesupponitur, & praecepta decalogi, sicut praeceptum dilectionis. Sicut enim prima praecepta communia legis naturae sunt per se nota habenti rationem naturalem, & promulgatione non indigent, ita etiam & hoc, quod est credere in Deum, est primum & per se notum ei qui habet fidem. Accedent enim ad Deum oportet credere, quia est, ut dicitur ad Hebr. 11. & ideo non indiget alia promulgatione, nisi in infusione.

AD SECUNDUM dicendum, quod praecepta affirmatiua distinguuntur a negatiuis, quando unum non comprehenditur in alio, sicut in honoratione parentum non includitur, quod nullus homo occidatur, nec econuerso, & propter hoc dantur diuersa praecepta super hoc. Sed quando affirmatiuum comprehenditur sub negatiuo, uel econuerso, non dantur super hoc diuersa praecepta, sicut non datur aliud praeceptum de hoc quod est, Non furtum facies, & de hoc, quod est conseruare rem alienam, uel restituere eam. & eadem ratione non sunt diuersa praecepta de credendo in Deum, & de hoc, quod non credatur in alienos Deos.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis concupiscentia conuenit in una communi ratione: & ideo Apostolus singulariter de mandato concupiscendi loquitur. Quia tamen in speciali diuersa sunt rationes concupiscendi, ideo Aug. distinguit diuersa praecepta de non concupiscendo: differunt enim specie concupiscentiae secundum diuersitatem actionum, uel concupiscibilium, ut Phil. dicit in 10. Eth.

ARTICVLVS V.

¶ Super Quaestione centesima articulum quinquagesimum.

¶ In articulo eiusdem quaest. nota, quod illa uerba litterae, In sabbathi sanctificatione, secundum quod est morale praeceptum, praecipitur quies cordis in Deum: intelliguntur quod ad finem praecepti, non autem quod ad rem praeceptam. Quies enim cordis in Deum per gratiam, & uocationem interiori ad Deum, est finis illius praecepti, ut est morale: quoniam ad hoc ratio dicitur tempus aliquod eximendum ab aliis operibus impediens. Et quod haec sit mens auctoris, non solum ex quaest. 122. artic. 4. 22. sed ex dictis in hac quaest. patet. quod charitas est finis praeceptorum decalogi, & non spectat ad ea.

¶ Præterea. Sicut ad cultum Dei pertinebat obseruatio sabbathi, ita et obseruatio aliarum solennitatum, & immolatio sacrificiorum: sed inter praecepta decalogi est unum pertinens ad obseruantiam sabbathi. ergo et debent esse aliqua

Prima Secundae S. Thome.

EE Et

q. 71. in exo. tom. 4.

q. 71. in exo. tom. 4.

Cap. 3. a me. tom. 4.

q. di. 37. ar. 2. 32. & 3. contra car. 12. si ne, & 124. Ambr. in lib. de para. c. 8. an med. 10. 4.



Et hinc habes, quod contritio peccatorum mortalium prius non contritorum, non est in præcepto sanctificationis sabbathi, ut morale est, nisi ut finis præcepti.

pertinentia ad alias solennitates, & ad ritum sacrificiorum.

¶ 3 Præ. Sicut contra Deum peccare contingit periurando, ita et blasphemando, uel alias contra doctrinam diuinam mentiendo: sed ponitur unum præceptum prohibens periurium, cum dicitur, Non assumes nomen Dei tui in vanum. ergo peccatum blasphemiae, & falsæ doctrinæ debent ali quo præcepto decalogi prohiberi.

¶ 4 Præ. Sicut homo naturalem dilectionem habet ad parentes, ita etiam ad filios. mandatum etiam charitatis ad omnes proximos extenditur: sed præcepta decalogi ordinantur ad charitatem, secundum illud 1. Timo. 1. Finis præcepti charitas est. ergo sicut ponitur quoddam præceptum pertinens ad parentes, ita etiam debuerunt poni aliqua præcepta pertinentia ad filios, & alios proximos.

¶ 5 Præ. In quolibet genere peccati contingit peccare corde & opere. sed in quibusdam generibus peccatorum, scilicet in furto, & adulterio seorsum prohibetur peccatum operis, cum dicitur; Non moechaberis, Non furtum facies, & seorsum peccatum cordis, cum dicitur: Non concupisces uxorem proximi tui, & Non concupisces domum proximi tui, ergo etiam idem debuit poni in peccato homicidii, & falsi testimonii.

¶ 6 Præ. Sicut contingit peccatum provenire ex inordinatione concupiscibilis, ita etiam ex inordinatione irascibilis: sed quibusdam præceptis prohibetur inordinata concupiscentia, cum dicitur: Non concupisces. ergo etiam aliqua præcepta in decalogo debuerunt poni, per quæ prohiberetur inordinatio irascibilis. non ergo uidetur, quod conuenienter decem præcepta decalogi enumerentur.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 4. Ostendit vobis pactum suum, quod præcepit, ut faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

ar. 2. huius q.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, sicut præcepta legis humanæ ordinant hominem ad quandam communitatem humanam, ita præcepta legis diuinæ ordinant hominem ad quandam cõitatem, seu republicam hominum sub Deo. Ad hoc autem quod aliquis in aliqua cõitate bene commoretur, duo requiruntur, quorum primus est, ut bene se habeat ad eum, qui præest cõmunitati. Aliud autem est, ut homo bene se habeat ad alios cõitatis consocios, & participes. Oportet igitur, quod in lege diuina primo ferantur quædam præcepta ordinantia hominem ad Deum, & inde alia quædam præcepta ordinantia hominem ad alios proximos simul conuenientes sub Deo. Principi autem cõitatis tria debet homo, primo fidelitatem, secundo reuerentiã, tertio famulatum. Fidelitas quidem ad dominum in hoc consistit, ut honorem principatus ad alium non deferat, & quantum ad hoc accipitur primus præceptum cum dicitur: Non habebis Deos alienos. Reuerentia autem ad dominum requiritur, ut nihil inuriosum in eum committatur. & quantum ad hoc accipitur secundum præceptum, quod est; Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Famulatus autem debetur domino in recompensationem beneficiorum, quæ ab ipso recipiunt subditi. Et ad hoc pertinet tertium præceptum de sanctificatione sabbathi in memoriam creationis rerum. Ad proximos autem alii quis bene se habet & specialiter, & generaliter. Specialiter quidem quantum ad illos, quorum est debitor, ut eis debitum reddat. & quantum ad hoc ac-

cipitur præceptum de honoratione parentum. generaliter autem quantum ad omnes, ut nulli in mentem inferatur neque opere, neque ore in corde. Opere quidem inferitur nocuumen- ximo, quandoque quidem in propriam personam quantum ad consilientiam personæ, & hoc prohibetur per hoc quod dicitur: Non occides. Quæ autem in personam coniunctam, quantum propagationem proles, & hoc prohibetur cum Non moechaberis. Quandoque autem in re personam, quæ ordinatur ad utrumque, & quantum ad hoc dicitur: Non furtum facies. Nocuumen- oris prohibetur, cum dicitur: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Nocuumen- autem cordis prohibetur, cum dicitur: Non concupisces. Et secundum hanc etiam differentiam potest distingui tria præcepta ordinantia in Deum, quorum primus pertinet ad opus, ut ibi dicitur: Non facies sculptile. Secundum ad os, unde dicitur: Non assumes nomen Dei tui in vanum. Tertium pertinet ad eorum, quia in sanctificatione sabbathi, secundo quod est morale præceptum, præcipitur quiescere in Deum. Vel secundum Augustinum per primum præceptum reuerentem unitate primi principis, per secundum ueritatem diuinam, per tertium eius bonitatem qua sanctificamur, & in qua quiescimus licet in-

H AD PRIMUM ergo potest responderi dupliciter. Primum quidem, quia præcepta decalogi referuntur ad præcepta dilectionis. Fuit autem dandum præceptum homini de dilectione Dei & proximi quantum ad hoc, lex naturalis obcurata erroribus peccatorum, non autem quantum ad dilectionem sui ipsius, quia quantum ad hoc, lex naturalis uigebat, uel quia etiam dilectio sui ipsius includitur in dilectione Dei & proximi. In hoc enim licet uerè se diligit, quod se ordinat in Deum, & in præceptis decalogi ponuntur solum præcepta pertinentia ad proximum, & ad Deum. Alteri dicitur, quod præcepta decalogi sunt illa, quæ immo- populis recipiunt a Deo, unde dicitur Deut. 10. Scripsit autem in duabus tabulis lapideis, quæ locutus est ad uos Dominus. unde omnia præcepta decalogi talia esse, quæ statim in populo cadere possunt, præceptum autem habet cõmunionem debiti. Quod autem homo ex necessitate debeat aliquid Deo, uel proximo, hoc de facili dicitur in conceptione hominis, & præcipue si debeat quod aliquid ex necessitate sit debitum homini, his quæ pertinent ad seipsum, & non ad alium, non ita in promptu apparet. Videtur enim per aspectum, quod quilibet sit liber in his quæ ad seipsum pertinent; & ideo præcepta, quibus prohibentur ordinationes hominis ad seipsum perueniunt ad populum mediante instructione sapientum, & non pertinent ad decalogum.

K AD SECUNDUM dicendum, quod omnia iuramentum legis ueteris sunt instituta in commemorationem alicuius diuini beneficii uel promissi commemorati, uel futuri præfigurati, & licet propter hoc omnia sacrificia offererentur, tamen omnia autem beneficia Dei commemorantur, & præcipuum erat beneficium creaturæ, quod commemoratur in sanctificatione sabbathi. Unde Exo. 20. pro ratione huius præcepti ponitur, quod dicitur: Quia in sex diebus fecit Deus cælum & terram & cetera. Iste autem futurus beneficius, quæ erant præfiguranda, & finalis erat quies mētis in Deo, uel in parte gratiæ uel in futuro per gloriam, quæ est figuranda in obseruantiam sabbathi. Unde dicitur Isa. 58. Si auer-



**A** sabbartho pedem tuam, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaveris sabbarthum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Hæc enim beneficia primo & principaliter sunt in merte hominum, maxime fidelium: alia verò solennitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia temporaliter transeuntia, sicut celebratio Phasæ, propter beneficiū præterite liberationis ex Aegypto, & propter futurā passionem Christi quæ temporaliter transiit, inducens nos in quietē sabbarthi spiritualis. & ideo prætermisimus omnibus alijs solennitatibus & sacrificijs, de solo sabbartho fiebat mentio inter præcepta decalogi.

**A**D TERTIUM dicendū, quod sicut Apostolus dicit ad Heb. 6. Homines per maiorem se iurant, & ois controuersie eorum finis ad confirmationē est iuramentum: & ideo quia iuramentū est omnibus cōmune, propter hoc prohibitio inordinationis circa iuramentum, specialiter præcepto decalogi prohibetur. Peccatū verò falsę doctrinæ nō pertinet nisi ad paucos: unde nō oportebat, ut de hoc fieret mētio inter præcepta decalogi, quāuis etiā quantū ad aliquem intellectū, in hoc quod dicitur: Non assumes nomē Domini in vanum, prohiberetur falsitas doctrine, vna enim glossa exponit, Nō dices Christū esse creaturā.

**A**D QUARTUM dicendū, quod statim ratio naturalis homini dicit, quod nulli iniuriam faciat: & ideo præcepta decalogi prohibentia nocentem, extendunt se ad omnes. Sed ratio naturalis non statim dicit, quod aliquid sit pro alio faciendū, nisi cui homo aliqd debet. Debitum autē filij ad patrem adeo est manifestū, quod nulla tergiversatione potest negari, eo quod pater est principium generationis & esse, & insuper educationis & doctrine: & ideo nō ponitur sub præcepto decalogi, ut aliquod beneficiū, vel obsequiū alicui impendatur, nisi parentibus: parentes autem non videntur esse debitores filijs propter aliqua beneficia suscepta, sed potius econuerso. Filius etiā est aliquid patris, & patres amant filios ut aliquid ipsorum, sicut dicit Philosophus in 8. Ethic. Unde eisdē rationibus non ponuntur aliqua præcepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque etiam aliqua ordinantia hominem ad seipsum.

**A**D QUINTUM dicendū, quod delectatio adulterij, & vitilitas duitiarum sunt propter seipsa appetibilia, in quantum habent rationem boni delectabilis, vel vitii: & propter hoc oportuit in eis prohiberi non solum opus, sed etiam concupiscentiam. Sed homicidium & falsitas sunt secundum seipsa horribilia, quia proximus & veritas naturaliter amantur, & nō desiderantur nisi propter aliud: & ideo non oportuit circa peccatum homicidij, & falsi testimonij, prohibere peccatum cordis, sed solum operis.

**A**D SEXTUM dicendū, quod sicut supra dictū est, omnes passionēs irascibilis deriuantur a passionibus concupiscentibus: & ideo in præceptis decalogi, quæ sunt quasi prima elementa legis, non erat mentio faciendā de passionibus irascibilis, sed solum de passionibus concupiscentibus.

**A** decalogi. Dilectio enim proximi videtur esse præuia ad dilectionē Dei, quia proximus est nobis magis notus quā Deus, secundum illud. 1. Ioan. 3. Qui fratrem suum quem videt, non diligit, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? sed tria prima præcepta pertinent ad dilectionem Dei, septē verò alia ad dilectionem proximi, ergo inconuenienter præcepta decalogi ordinantur.

**¶** 2. Præcepta affirmatiua imperantur actus virtutum, per præcepta verò negatiua prohibentur actus vitiorum: sed secundum Boetium in cōmentato Prædicamentorum, prius sunt extirpanda vitia, quā interantur virtutes, ergo inter præcepta pertinentia ad proximum, primo ponenda fuerunt præcepta negatiua, quā affirmatiua.

**¶** 3. Præcepta legis dātur de actibus hominum: sed prior est actus cordis, quod oris, vel exterioris operis, ergo inconuenienti ordine præcepta de non concupiscendo, quæ pertinent ad cor, vltimo ponuntur.

**S**ED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt: sed præcepta decalogi sunt immediate data a Deo, ut dictum est, ergo conuenientem ordinem habent.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, præcepta decalogi dantur de his, quæ statim in proptu mens hominis suscipit. Manifestum est autem, quod tantō aliquid magis a ratione suscipitur, quā contrarium est grauius, & magis repugnans rationi. Manifestum est autem, quod cum rationis ordo a fine incipiat, maximē est contra rationem, ut homo inordinate habeat se circa finem. Finis autē humanæ vitæ & societatis, est Deus: & ideo primo oportuit per præcepta decalogi hominem ordinare ad Deū, cum eius cōtrarium sit grauius: sicut etiam in exercitu, qui ordinatur ad ducem, sicut ad finem, primum est, quod miles subdatur duci, & huius cōtrarium est grauius: secundum verò, ut alijs coordinetur. Inter ipsa autē, per quæ ordinatur in Deū, primum occurrit, quod homo fideliter ei subdatur, nullam participationē cum inimicis habens. Secundum autem est, quod ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem est, quod etiam famulatum impendat: manifestum est in exercitu, si miles infideliter agens, cum hoste pactum habeat, quā si aliquam irreuerentiam faciat duci: & hoc est etiam grauius, quā si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. In præceptis autem ordinantibus ad proximum, manifestum est, quod magis repugnat rationi, & grauius peccatum est, si homo non seruet ordinem debitum ad personas, quibus est magis debitor: & ideo inter præcepta ordinantia ad proximum primō ponitur præceptum pertinens ad parentes. Inter alia verò præcepta etiam apparet ordo secundum ordinem grauitatis peccatorum. Grauius est enim & magis rationi repugnans peccare opere, quā ore, & ore quā corde: & inter peccata operis grauius est homicidium, per quod tollitur vita hominis iam existentis, quā adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nascituræ: & adulterium grauius quā furtum, quod pertinet ad bona exteriora.

**A**D PRIMUM ergo dicendū, quod quāuis secundum viā sensus proximus sit magis notus quā Deus, tamen dilectio Dei est ratio dilectionis proximi, ut infra patebit: & ideo præcepta ordinantia ad Deum, fuerunt præordinanda.

Prima Secunda S. Thomæ. EE 2 AD

cepta simul, & ponuntur, & præmia, & comminationes &c. ¶ Sextus articulus notandus, & nō exponendus occurrit.

arti. 7. huius quæst.

ar. 3. & 7. ad 1. argu.

ARTICVLVS VI.

Utrum conuenienter ordinentur decem præcepta decalogi.

**A**D SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter ordinentur decem præcepta

¶ Super Questionis 100. Articuli quatuor, & septimum.

¶ In ar. 4. & 7. vide vigesimum caput. Exodi, ut perspicias, quid auctor allegat, ac supponit: quomā ibi omnia præ-